




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Cælestinus V Papa. Studium humilitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. CAELESTINUS V PAPA.

Studium humilitatis.

Deusⁿ, qui B. PETRUM CAELESTINUM,
ad summi Pontificatus apicem subli-
masti, eumque humilitati postponere
docuisti; da nobis cuncta mundi de-
spicere, & ad promissa humilibus pre-
mia pervenire.

Ora pro correctione ambitiosorum,

✠

PETRVS, ab anachoreticæ suæ exercita-
tionis loco, dictus DE MVRONE; in Pon-
tificatu, CÆLESTINVS V; sub an. 1222 in
Comitatu Molefino est natus, parentela te-
nui. Hic æt. an. 10 recessit ad solitudinem;
interimq; Presbyter ordinatus, & ex Mur-
rone in Magellæ Montem transgressus,
Ordinem ibi fundavit Pauperum Eremita-
rum, sub Regula S. Benedicti, postea dictum
Cælestinorum. Redierat autem Murronem
ipse, quando Cardinales, in eligendo Nico-
lai IV successore, ultra biennium discordes
Perusii, an. 1294 die 5 Julii divinitus con-
venerunt in Fr. PETRVM, procul absentē.
Consensit ille nuntiatae sibi electioni, sed
ægre, & 29 Augusti prope Aquilam ordi-
natus coronatusque, ac Neapolim cum Cur-
ria tota transgressus, cunctis ingemiscenti-
bus renuntiavit Pontificatui, cuius oneri
imparem se credebat, 13 Decembris. Re-
dibat ille ad solitudinem suam, cum suc-
cessor Bonifacius VIII, intelligens pericu-
lum schismatis à factiosis nonnullis immi-
nere, præcepit in castro Fumonis se conti-
neret, ubi & obiit. Propter miracula ad cor-
pus crebra Clemens V Sanctum declaravit.

*Quanto magnus es, humilia te in omnibus;
& coram Deo invenies gratiam. Eccli. 3.*